

R. sp. Θ vel Oli rectific. & cohobat. 3j.
aq. salicis. fol. quern. ā 3ij.

M. D. in fistili.

Tinge santalo rubro, ne agnoscatur. S. euerlich Digerirwasser.
Usus doloribus urgentibus.

Andreas Libavius omnibus præfert aquam, in quâ Θ & δ
extincta fuerint, & postea ♀ vita maceratus.

Reliquæ ex uvis in torculari reliquæ recentes, communi
nomine V I N A C E A, Weinbeertröster/quaæ constant 1. ex mem-
branaceo uvarum tegumento. 2. seminibus seu nucleis, qui γιγαν-
τε dicuntur. 3. acinorum radice, quam βότερχον vel σέμφυλον
alii vocant. 4. medio carnis acinorum & musto. Pedibus à
causâ frigidâ laborantibus, dum adhuc fervent, applicitæ omné
ferè auferunt dolorem tepefactus. Duos hōc remedio solō, cùm
nullis aliis remediis curari potuerant, restituit Borellus hist. &
observat. rar. observ. 42.

Illusterrimus regius Suecicus Campimareschallus Dorsten-
sobnius usus fuit ocreis ferreis amplioribus. Tepidis immisit pedes.
Affusus spiritus arthriticus. Dolores potius aduenti tempore
paroxysmi: extra paroxysmum etiam nullum inde auxilium.

CAPUT XXIV externa præparat narcotica.

AD hæc, cùm dolor ægros tam atrociter torqueat, ut
animam saltim non extorqueat, nonnulli configiunt.
G Trallianô autore ad ex opio parata cerata, οἱ παλαὶ χι-
λιοχεύσσους καλεῖν ἀξιῶσιν, vereres à dignitate mille aureo-
rum vocare dignantur, lib. 11. pag. 643.

Stuporem & torporem membris inducunt & partibus do-
lentibus, sensu partium quasi sopito, ut exacerbissimos dolores
non sentiant. Suntque fol. hyosciami, rad. mandragor. sem. pa-
pav. solanum, nicotian. rec. opium & alia.

R. fol. hyosciam. mij.

semperuv.

solani ā Mj.

capit. pap alb. n. x.

fl. chamæmel.

melilot. ā p. vi.

F. De-